Dominio et proprietate nec non cum o=
mnibus illius utilitatibus, fructibus, pro=
ventibus, redditibus, ac quibusvis obven=
tionibus, quos cunq de ipso molendino
obvenire possunt, tenen haben utipru=
endum, pacifice et quiete possiden, ac
pandum donandum vendendum commu=
tandum et in usus suos uorum Suc=
cessorum beneplacitos, prout eis melio=
us et utilius videbitur nostro tamen pri=
us desuper consensu obtento et requi
sito convertendum perpetuis tempori=
bus; ratione cujus quidem molendini pre=
fatus Joannes Lauffer et ejus Successores
pro tempore existentes nobis et no=
stris Successoribus viginti marcas pe=
cuniarum numeri et monete in Le=
gno curren pro censu annuo quadra=
ginta octo grossos in quamlibet mar=
cam computan et duo
papyri
solvere, et reddere erunt o=
bligati

bligati et astricti

In cujus rei ctt Datum Cracovie Die
Dominico post Festum Exaltationis
Sancte Crucis proxima Anno Domi-
ni ctt DXXXVIII. Regni nostri XXXII.
Presentibus quibus supra.

Relatio cMagnei Sauli
De Volia R.P. Vicecanrij.

Consensus edemendi molendini
seu ejus tertiam mensuram sub
Castro Tziadien sitam per Sacram Ma-
jestatem Generoso Nicolao Taporowski Vi-
ce capitaneo Tziadien datus de mani-
bus Nobilium Joannis et Hieronymi
Lamojeczkich et aliorum quorumcunq
ad id interesse haben. Litere extradite in
forma Cancellarie Cracovie Feria secun-
da proxima Festum Exaltationis Sancte Cru-
cis proxima. Anno quo supra

Relatio cMagnifici Sau-
li de Volia Regni Po-
lonie Vicecancellarij

Consensus propinandi vinum
Famato Floriano Cibi Depar=
dien.

Anno et loco quibus supra Die Domi= pp
nico post festum Exaltationis Sancte
Crucis proxime. Sacra eMajestas Le=
gia concesit Literas libertatis vinum
propinandi Famato Floriano Cibi Re=
pardiensi ad unius anni decursum
duntaxat valituras Litere extradito in
forma Cancellarie consueta

Relatio eMagnifici Pau=
li De Vdolia Regni Po
lonie Vicecancellarij.

Privilegium super Fora annua=
lia et septimanalia Oppidi Ro=
brek.

Anno et loco quibus supra Die Domi=
nico post festum Exaltationis Sancte
Crucis proxima. Sacra eMajestas Regia
concesit Oppido Robrek in terra Podo=
liè situto ad Capitaneatum Premboroli=
en pertinenti tria fora, duo annalia,

unum

unum videlicet pro Festo Sancti Micha=
elis Archangeli Alterum vero pro festo
Sancti Adalberti. Tertium vero annu=
um forum septimanale singulis feriis
quintis perpetuo in eodem Oppido juxta
observantiam hoc more et citra alio=
rum Oppidorum et Civitatum in vi=
cinitate consistentium prejudicio
et detrimento agend et celebran, Litera
super hoc extradita in forma Cancel=
laria solita.

Relatio Magnifici Pau=
li de Velovia Regni Polo=
nie Vicecancellarij

Datus Consensus Sta=
wiszinu.

1p.

Anno Die et loco quibus supra Ma=
jestas Regia contulit consensum
eximendi villam Krzywa gora in
Palatinatu Cellisiensi et Distri=
ctu eiusdem jacen cum Advocatia
ejusdem

ejusdem villæ Bartholomæo Stawski

Privilegium Novum su=
per Pontale in villa Mlogo=
lice Reverendissimi Episcopi Po=
znaniensis.

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Si=
gismundus Dei Gratia Significamus cui Quia
coram Nobis exposuit Reveren in Chri=
sto Pater Dominus Stanislaus de Oles=
nicza Episcopus Posnanien Nobis
syncere dilectus. Quod Privilegium su=
per Telonaeum Pontale in villa ejus
hereditaria Mlogolicza dicta in Distri=
ctu Odolicen terra Posnanien Gall.
a predecessoribus.

42

Inscriptio certa Summa pecuniarum
in Oppido Dambowiecz Generoso
Ioanni Tharlo facta.

Sigismundus Dei Gratia etc
Significiamus etc. Quia cum non ita pridem pro
redemptione bonorum nostrorum Legalium Op=
pidi videlicet Dambowiecz et villarum ad id
pertinen videlicet Lozemberg, Laczlawicza, Szcze=
thniwicza, utraq Mopczenicza Almana et Po=
lona, utraq Szczepiemnik, Przepieki, Brzesczie
Ganthowy, Canthy et Swigy Szczepiemnik in terra
Cracovien et Districtu Bieczen consisten et ali=
arum villarum, quorum nomina et cognomina
hic pro expressis haben volumus, a Generoso
Ioanne Tharlo de Szczekarzewicze Structore
Mensa nostra summam pecuniariam Tre=
decem Millium florenorum, trecentorum et
quadraginta duorum florenorum ac novem
grosporum pecuniarum monete et numeri in
Regno nostro cursu, quemlibet florenum tri=
ginta grosis computand in mutuum recepisse=
mus, et in effectu levavimus, quibus quidem
pecuniis nos tandem eadem bona Dambo=
wiecz supranominata redimen curavimus.
Cupientes itaq nos eundem Ioannem Tarlo de
eadem summa ab eo ita, ut premissum est,
mutuo accepta indemnem ac securum reddere,
eidem ipsi Ioanni Tharlo, cum ob ejus erga

nos

nos et Rempublicam Regni nostri merita, tum
eum ad obsequia nostra in posterum nobis o=
bligatiorem facere gratiag nostra Regia ample=
cti volentes, summam prefatam tredecem
millium et trecentorum quadraginta duorum
Florenorum ac novem grosporum pecuniae nu=
meri et monetae prefatorum in prenominato
Oppido Dambowiecz, et villis Lozomberg, Da=
crlawize, Scrithmiscia utrag Olmana et Polona,
utrag Zrepiennik, Przepiecki, Brzeszczie Gan=
thkowe, Conthy et Swiqy Zrepiennik et quibus=
vis alijs villis ad hoc Oppidum ipsum ex an=
tiquo pertinen, de certa scientia et gratia spe=
ciali nostris Regijs inscriben et demonstran
duximus, inscribimus et demonstramus pre=
sentibus literis nostris per eundem Joannem
Thadeo de Szczekarzewicze et suos Successo=
res suprascriptum Oppidum Dambowiecz
cum villis supra expressis et ad illud oppido
quovismodo spectantibus et pertinen, nec
non cum omnibus ejusdem oppidi ac villarum
hujusmodi jure ac Dominio et proprietate,
et quibuscunque utilitatibus Fructibus, pro=
ventibus redditibus et generaliter quocunq
nomine appellatis obventionibus, nullis ex=
ceptis ad suprascripta bona pertinen, tenen
haben utifruen pacifice et quieta possiden,
usq' ad ejusmodi summa tredecem millium
trecentorum

trecentorum et quadraginta duorum flore=
norum repositionem, effectualemq' solutionem
per nos vel Successores nostros faciend. Finibus
nostris Legalibus salvis per omnia manen.
Harum testimonio Literarum. Datum Cracovie
feria quinta ante Dominicam Letare proxi=
ma Anno Domini MDXXXVIII Regni nostri
XXXII.

Relatio Macii Sauli de Lo=
dia Regni Poloniæ Vicecanty

Exemptio et Libertatio ab omnibus
oneribus Civilibus Domus Franczko=
wski nuncupati, et prædij Grodkowski
in Civitate Sanocen consistent Gene=
rosi Nicolai Bal hæreditarij.

In Nomine Domini amen.
Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismun=
dus Dei Gratia etc Significamus tenore præsen
quibus etc Quomodo consideratis et inspectis
fidelibus servitijs strenui ac Generosi Nico=
lai Bal de Stoirow Succamerarij Sanocen
fidelis nostri dilecti quibus nobis temporibus
suis fideliter complacuit et adhuc auctoritate
et studio præstantius poterit complacere,
et ut merita meritorum vicissitudine com=

pensentur, suis instantissimis petitionibus be-
nigniter aulinati quibus nos humiliter est ag-
gressus, de certa scientia et gratia nostra spec-
ali Legij, quod nos Domum ejusdem Nicolai Bal
in Civitate nostra Sanokzen jacentem dictam
Franerkowski, penes Jacobum Woythowicz
in Circulo ejusdem Civitatis, in area penes Eccle-
siam Parochialem ejusdem Civitatis Sanokz et pra-
dium dictum Prodkowski in Suburbio alias pos-
sada penes viam tendentem versus Zahutynie
et penes Stohnik sita et omnibus rebus usibus
fructibus nihil excipiendo penitus ad hoc pra-
dium ea antiquo pertinent. Quam Domum et pra-
dium de jure Civili in Jus terrestre Regni nostri
transferendo, ab omnibus et singulis censibus,
exactionibus contributionibus et quibus vis a-
lijs exactionibus solutionibus quorumq nomi-
ne nuncupatis, tam nostris quam Civilibus,
nec non ab omnibus servitijs custodijs laboribus
et alijs oneribus quibuscumq ex praefatis Domo
et Predio sive Nobis sive Civitati prædi et pra-
stari solitis eximendo et libertando duximus, exi-
mimusq et libertamus ac immunitati juris
terrestris ascribimus, harum serie literarum, per-
petue et in avum. Mandantes vobis Capita-
neo Sanokzen moderno et alijs pro tempore
existen exactoribus publicarum contributionum
Proconsuli et Consulibus Civitatis nostra Sa
nokzen

nouerit, ut in hac ipsa libertate exemptione et
immunitate per nos prefatæ Domui ac prædio
concessa ipsum nicolaum Bal Succamerarium
ejusque legitimos Successores conservetis et ac
nullam exactiones ac contributiones præstan=
das, neq' ad aliqua servitia, labores, et onera, rati=
one predicte domus ac prædij ferenda aut obe=
unda astringatis aut quovis modo astringi per=
mittatis. Pro gratia nostra aliter non facie=
ri Harum testimonio literarum ecti Datum
Cracovie feria secunda post Dominicam Can=
tate Anno Domini ecti D. XXXVIII. Regni vero
nostri XXXII. Prasen quibus supra

Relatio Magci Pauli
de Wolia ecti

Nobilitationis Morsztynow Appro=
batio.

Sigismundus ecti
Memorie commendamus sempiterna tenore
presentium significantes quorum interest uni=
versis presen et futuris harum notitiam ha=
bituris. Quia exhibita sunt coram nobis Litere
infrascripte sub titulo et sigillo appenso olim
Clarissime memorie Joannis Alberti Regis et
Predecessoris, ac fratris nostri germani desidera=
tissimi probationes seu testimonium Nobili=
tatis olim Spectabilis Georgij Morsztyn Civis
Consularis Cracovien ejusq' familie in se conti=
nen

rend. Supplicaturq est nobis nomine Nobilis
et Fornati Augustini Morsthein, Provinciulis no-
stri Wilnen. ejusdem olim Georgij Nepotis ex fratre
ut eas ipsas literas pro parte sua transcriber, sub
sigilloque nostro in forma vidimus extradere man-
daremus. Quarum literarum tenor ut sequitur ad
verbum est talis. In nomine Domini Amen. Ad
perpetuam rei memoriam. Cum status et ex-
cellentia Legalis auctoritas adeo celebris sit,
et adeo summa resulgeat orbe toto, ut quid-
quid super statibus conditionibus rebusve
rei non et humanis actibus tenendum aesti-
mandum declaraverit statuerit ordinaverit ac
definite determinaverit, id ubivis terrarum in
omni posteritate irrefragabile sit robur ha-
biturum, nec secus gloriosa majorum nomi-
na in posteros derivari et habere pondus
indelebile sua Nobilitatis prhas est, qua
ut decore suo primum in dignitate et approba-
ta niteant et celsitudine culminis auctori-
tate maneta. Qua quidem auctoritas in nobi-
litandis, decorandisque hujusmodi nominibus
et in conferenda gloriae stabilitate, liberalis
in eos munificaq fore debet, qui benefactis
in Rempublicam et singulari meritorum or-
namento alteros quovq sua conditionibus an-
teire et praecellere liquide agnoscerentur, ut
sic neglecta non ope virtus, alijq fore stimu-

to in benemerend exemplar sentiretur non mi=
nus illis affutura, in quibus majorum veterum
et hæreditarium merita nobilitatis ornamentum
et longa posteritate obscurarium, aut quapi=
am occasione obliterarium, ac per hoc in estima=
tione communis populi labefactari cernentur,
Dum ipsi facti egregij ab ipsorum majorum
vita laudabili visi forent minime degenera=
re. Quas ob res Ser Joannes Albertus Dei Gra=
tia Ser Poloniæ nec non terrarum Cracovie
Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie supre=
mus Dux Lithuanie Russie Prussie nec non
Culmen Elbingen et Pomeranie Dominus et
hæres etc. Animadvertentes amplitudinem vir=
tutum spectatam fidem et laudabilem inte=
gerrimæ vitæ rationem, qua Spectabilis Vir
Georgius cognomine vulgari dictus Morstain
Civis Consularis Urbis nostre Cracovien, per
universam etatem suam de Nobis ac de no=
stra Republica quamoptime se meritum redde=
re curaret semper, claroq' et sufficienti testi=
monio Magnificorum videlicet Joannis Amor
de Pharnow Castellani, Spitheonis de Faro=
slaw Palatini Cracovien, Joannis de Tilicza
Palatini Generalis Russie et Raphaelis de Faro=
slaw Castellani et Capitanei Sandomirien Mar=
salci Baronum Regni nostri, aliorumque Pro=
cerum

cerum quampluriorum Fidedignorum cognoscen, i=
psum Georgium Morstheim ab origine, et illo u=
no fonte stirpis ab avis-manape, unde decora
prosapia eorum, et in Regno nostro familia
celebris armigerorum de Domo que vulgari=
ter Lelyton nuncupatur pene tota profluxerit,
audiens id in probro degenerationis avite Nobi=
litatis apud plebem sibi dari quod ex pluribus
majoribus suis statum vite modum, et Civilem
honestam tamen conditionem agrenio juri quoq
Nobilitatis detraheret, Ne igitur spectata sua
nobilitatis probitas et integritas avita gloria
que quomodo per convictum commertia et a=
ctus honestos quoscq atq officia Civilis Condi=
tionis confuscari et deinceps in estimatione
quorumcunq diminui videatur, nostra Regia
plena ad hoc auctoritate alleden, Decerni=
mus et Declaramus eum vero Nobilitate ful=
gere fulsipeq, et nihil earum occasionum sibi
officiet debere, quamvis Generosi
adnumeran eum vero Nobili=
um ordini et gradui omnibus Privilegijs liber
talibus concessionibus quibuscunq Nobilium
conditionem et Armigerum Regni nostri spe=
ctantibus eum posteritatemq suam utiusq et
gaudere voler, abilitantes, abilitamus eum et
suos legitimos Successores ad omnes honores et
dignitates

Dignitates beneficia et officia quæcunq; Regni et
ubiq; Legitimantesq; et reintegrantes et primo a=
vito decori veræ Nobilitatis restituentes, si quopi=
am actu ratione sua nobilitatis derogatum in ali=
quo foret, aut detractum omnem servitutem et onera
Plebejorum ab eo prorsus deponentes et relaxan,
assimilantesq; pariſiam, et adæquantes eum Succe=
soresq; suos tenore præsentium mediante, Omni=
bus et singulis in orbe terrarum Nobilibus spi=
ritualis et secularis status, de nobili stirpe clario=
que sanguine ab eorum avis, proavis, attavis,
abavis per lineam directam ex utroq; latere descen=
dentibus ex utroq; parente procreatis præsen
et futuris. Decernentes quod ejus status conditio
et persona par similis et æqua sit inter omnes,
eademq; computetur in titulum veræ Nobilitatis.
Quem quidem sic validatum et restitutum di=
ctis Baronis et Proceribus Regni nostri id
postulant, et pro eo solicite petentibus, red
dimus et reimponimus ad eadem ipsa sua ve=
terima domus et familiæ arma dicta Peliwa
stellam auream sex rutilantem radijs intra cor=
nua semilunum in campo celesti coloris exprimen=
tia, et in casside eandem ipsam interlunarem
stellam intra cornium coloris similis gesten=
cia et alias prout per eosdem Barones et
Proceres Regni nostri depingi solent, et figu=
rari, ut qui prius ceteros sua conditionis velut

anteibat, nostra munificentie ra-
tione stimulatus radiantius refulgeret, et glorio-
sis atq; irreprehensibilibus factis celestium ar-
morum se idoneum et meritum fieri redderet ac
capacem. Quibus quidem insignijs, uti propriis, et
naturalibus coræ quocunq; Principe vel perso-
na cujuscunq; status conditionis aut præemi-
nentie extiterit, etiam in Pralijs, hastiludijs,
torneamentis, vigilijs, anulis, cortulis, velis, ten
toris, tentis, papilionibus, tabulis, vexillis,
ad unum litera-
rum spectantibus et in actibus Nobilium o-
mnibus tractari facien celebrari utiq; et
gaudere eadem; arma pingere describere, he-
roidi et quibuscunq; ministris nobilium im-
ponere et ligare poterit et valeat perpetue.
Volumus preterea, et presentis Privilegij vigo-
re decernimus omnes et singulos cujuscunq; sta-
tus, conditionis, et eminentie, fuerint homines,
qui in vituperium argumentum lesuram in-
famiam et contemptum hujus nostre protesta-
tis Regie ejusq; nobilitatem infamaret obtre-
ctarent et impugnarent pœnis pro vitupe-
rio et infamia Nobilibus in regno nostro ad-
jectis nobis et judicio ad quod se infamantes
extiterint et ipsi tanq; solvendas subjacere post
quam

quam presenti nostro Privilegio, quod ad omnem probationem nobilitatis sufficere volumus Nobilitatem suam probaverit et docuerit, suis suos probaverint et docuerint, non obstantibus etiam Juribus Legibus consuetudinibus vel Decretis quibuscunq; quibus in ampliorem favorem decorem et exaltationem ejus derogamus presentium per tenorem. Harum quibus sigillum nostrum subappensum est, testimonio literarum. Acta sunt hec in Castro nostro Cracovien feria quarta ante festum Beatorum Simonis et Jude Apostolorum proxima, alias Die vicesima quarta Mensis Octobris. Anno Domini Mille-simo quadringentesimo nonagesimo secundo. Presentibus ibidem Reverendissimis et Reveren in Christo Patribus Dominis, Strigneo Sancte Gneznen Ecclesie Metropolitane Archiepisco-po et Primate, Friderico Plocko Consumate Cracovien, Petro Wladislavien, Posnanien et Mathia Chelmen Dei gratia Episcopis. Nec non magnificis, Strenuis, et Generosis, Joanne Amor de Tarnow Cracovien Castellano Spithcone de Jarosław Cracovien, Joanne Suri-dwa de Scharnotuly Calissien. Nicolao de Re-rerewo Siradien, Joanne de Sileza Lupcie De-bestao de Curozwanki Lublinen Palatinis. Jo-

arme de Estrovz Sonnanien Lapthaele de Jaroslaw
Sandomirien et Legni et Legni nostri Marsalco,
Andreä de Thanezin Woyniczen, Andreä de Ole-
snicza Sandeczen Castellanis Petro de Curozwan-
ki Legni nostri Thesaurario et Capitaneo Cra-
covien. Stigneo de Thanezin Succamerario Cra-
covien et Capitaneo nostro Mariemburgen aliisq;
quam plurimis fidedignis ad premissa testi-
bus fideliter gratoq; dilectis. Datum per ma-
nus Venerabilis Cristi de Kurozwanki Legni
nostri Polonie Cancellarij etc. cupiere nobis dile-
cti. Crestanus Cancellarius sit. Hos itaq; confide-
rantes postulationem ipsius Augustini Mor-
sztein esse rationabilem, intelligenteq; eas-
dem literas non solum ipsi olim Georgio
Morstheir verum universe eorum familie
in communi pertinuisse, easdem de singulari
gratia nostra et certa sciencia transcribi et
in eadem forma videmus extradi mandamus,
volentes ac decernen, quatenus huic nostro pre-
senti transcripto, talis ac tanta fides hic et u-
biq; locorum adhibeatur non aliter atq; illis i-
pse litere originales supreme insertie in me-
dium exhiberentur et producerentur. In cujus
rei testimonium Sigillum nostrum est sub-
appensum. Actum et Datum Cracovie feria
tertia

tertia festi Sancta Hedvigis. Anno Domini
MDXXXVIII. Regni nostri Anno XXXII.

Relatio Magnifici Pauli de
Odolia Palatini Vincentij.

Approbatio Electionis Abbatis Czer=

wenensis.

Sigismundus Dei Gratia etc
Significamus etc Universis et singulis Re=
verend in Christo Patri Domino Jacobo de Bri=
zeser Episcopo Sloven fidelibus nobis Dilecto Gra=
tiam nostram Regiam, Reverend in Christo Pa=
ter Domine significe nobis Dilecte. Significarũt
nobis per literas suas patentes Religiosi et Ho=
norabiles Administrator, Prior, Praepositi Regu=
lares totiusq; Conventus fratrum Canonicorũ
Regularium monasterij Sancte Marie Czenve=
nensis Ordinis Sancti Augustini. Quod nuper
vitã defuncto Venerabili Jacobo Ciola de Scho=
ber Abbate eorum immediate Abbatiaq; im=
perium Conventus praefati post illius mor=
tem Venerabilem Joannem Leovitum confra=
trem suum professum, Polonum ex utroq; Pa=
rente Nobilem, virum non minus integri=
tate vitæ, quam traditione prudentiæ ornatoq;
rerum usu et caeteris animi et corporis dotibus

pre=

præstantem in Abbatem suum Canonicum elegerint. Supplicant nobis etiam eisdem Literis suis, ut electionem eorum et justa consuetudinem ordinis et conventus illius ut præ-
dictum est factam ratam et gratam habere et approbare in illamq; concedere dignaremur gratiose. Quare ne conventus ille seu monasterium prædictum boni Pastoris solatio diutius careant, ijqz et bona monasterij illius aliquam eam ob rem jacturam sustineant, eorundem Fratrum honestis supplicationibus et votis annuen. Commendatam etiam cupimus habentes ipsius Joannis Levitij eorum Electi morum et vitæ integritatem. Cujus fidem vel inde maxime, dum Serenissima Domina Bona Regina Conjugi nostræ amantissima in aula aliquot annis servivisset, præterea in munere legationis apud Cæsaream et Catholicam Majestatem Serenissimum Dominum Carolum ejus industrie et dexteriter obeundo satis experti sumus, qui etiam vel ob id merito nobis singulari gratia prosequendus venit, quod illum per aprecutum per nos Ducatum Masovie ad eam ipsam abbatiam primarium abbatem nobis præsentare contigerit,

ai deo Electionem prædictorum fratrum
de illo factam ratam et gratam haben,
approbavimus confirmavimus in eamq;
consensimus et consentimus. Ipsum Jo=
annem Levitium harum Literarum serie,
Paternitati vestre præsentantes eandem
hortantes, illum ad eandem Abbatiam
Crenwenen promoveat investiat ai bene=
diuat et confirmet regimenq; et admini=
strationem Monasterij prefati honoreq;
et Jurium universorum ejus autoritate or=
dinaria consignet, et prout hoc ad officium
Paternitatis vestre Pastorale spectare et
pertinere non dubitamus. Harum testi=
monio Lr. Datum Cracovie feria sexta
festi Sancti Lucæ Anno quo supra
Relatio ut supra.

Salvus conductus Providi Geor= pp
gio Schamek Civi Opsorianezimen
Anno et loco quibus supra feria quarta
Sancti Galli, Sacra Majestas concepit sal=
vum conductum Providi Georgio Schra
mek Civi Opsorianezimen, a vi non
tamen a jure, ita ut de querelantibus
Juri

Juri parere et judicato satisfacere tenebitur.
Litera extradita in forma Cancellaria so-
lita. Relatio cujus supra.

Litera pro Plebano in Sthoczek

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod
quamvis Magnifica Anna Palatina Podo-
lie Honorabili Martino Plebano in Sto-
czek certam partem terre et cum quibus-
dam portionibus agri ad id pertinen. in
Capitaneatu nostro Lathowiczen jacen de-
derat, ubi rivulus dictus Lolodzianez or-
gitur, ubi ille postea a sumptu suo non me-
diocri, uti dicit, piscinam ac deinde moli-
dinum statuit ac erexit, eisq aliquanto u-
sus est. Sed cum ipsa Donatio ipsius Pala-
tine, uti bonorum illorum Lathowiczen
Dominia usufructuaria nullum vigorem
habere potuit, neq potest, verum nos
rationem habentes sumptuum et impen-
se quam prefatus Martinus Plebanus in ex-
truen eo ipso molendino et piscina, ac
extirpan

extirpandis quibusdam portionibus agri ad
id pertinen spect, nolentesq ne quod inde capi=
at detrimentum aut damnum. Preterea vo=
lentes et illa pro nobis et felici statu huius
Regni nostri Deum precari non pretermit=
teret. Eum in possessione et usufructu ejusdem
molendini et piscine et portionum agri ac
pascuorum ad id pertinen, et per eum ex=
tirpatorum de singulari gratia nostra et
certa scientia, ad ejus extrema vite tempo=
ra relinquen ac conservandum duximus,
conservamusq ac reliquimus presenti=
bus per eundem Martinum Plebanum mo=
lendinum et piscinam ac portiones agri ad
id pertinen, cum omnibus eorum utilitati=
bus fructibus ac proven et quovis Jure ac
Dominio usq ad ejusdem martini Plebani
vitam tenend habend ac pacifice et quiete
possiden, quo vita defuncto prefatum mo=
lendinum et piscina cum omnibus supra
attinen ad nos et Successores nostros devol=
vetur, juribus nostris salvis per omnia ma=
nentibus. Proinde Tibi Generoso Alexandro
Horoski Capitaneo Latowicen moderno et
pro tempore existen mandamus, habere

volentes

volentes, ut eumdem et eundem Martirum Sebastianum in Rhoviki, circa oppidum Molendini ac Lucina, ac agrorum et pascuorum ad ea pertinentium expropriationem et usum fructum, quia prae-
sentem nostram confirmationem conservet, et conservari faciat pro gratia nostra non aliter fa-
ciendas. Harum testimonio Litterarum nostrarum Da-
tum Gracovie Sabbato post Festum Sancti La-
urentii et Evangeliste proxime. Anno Domini
M.D.XXXVIII. Regni vero nostri Anno XXIII.

Leleta Magni Pauli Sr

Moniales Sancte Agnetis Strato-
nie Generosum Jacobum Philipo-
wsky de Frecentis Florenis Hun-
garicalibus quietant.

Sigismundus Dei

Sigismundus Dei Gratia Regina Poloniarum, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie, Kyovie, Volhinie, Podlachie, Livonieque, necnon Siradie, Cuyavieque, ac Pomeranie Dominus et Heres, Domina nostra gratiosissima.

Memoriale Sanctimonialium Sancte Agnetis Stratonie, Ordinis Premonstratensis, nobis nuper porrectum continebat, quod cum Generosus Jacobus Philipowsky de Frecentis Florenis Hungaricalibus, Civis noster Cracovien. ac Subditus et

potestratem ad suscipiendam infrascriptam
recognitionem. Qui Magnificus Paulus sic ut
profertur per nos missus iterum ad nos compa-
rens fassus est, quia coram illius presentia Vene-
rabiles et Religiose Serpetua Hostiowska Prioriss,
Lucia Vicariana, Sotentiana Siemenska, Beata
Mielstinska, Hiprona Thartowna Sacristiana
Florentia virginis cum suo toto Conventu Mo-
nasterij ad Sanctam Agnetem extra muros Ci-
vitatis nostre Cracovien sitto libere recognove-
runt. Quia ipsis Generosus Jacobus Philipowski
Burgrabius Castri Cracovien in Siellutka et So-
winow Mares tricentos florenos Hungarica-
les auri puri veri et Justi ponderis super villis
prefatis Siekluka et Sowinow, per Generosum
Jacobum Sieklucki in Actis Castren Silznen
inscriptos in vim reemptionis alias na under-
koro redimendo censum annuum Decem mar-
carum pecuniarum Polonicalium consuetarum,
ipsis virginibus prefatis servien in hujusmodi
inscriptione terrestri Silznen expressum pre-
marie solvit et reposuit, eliberando bona sua
hereditaria prefato Siekluka et Sowinow ab
hujusmodi censu annuo decem marcarum pe-
nis Virginibus prefatis servien. De quibus
trientis florenis Hungaricalibus Ipsum Jacobum
Philipowski

Philipowski presen quietaverunt, et liberum
dimiserunt, Inscriptionemq prefatam terrestrem
Silnow sub actu feria quinta in Vigilia San=
ctorum Simonis et Jude Apostolorum sub an=
no Domini Millesimo quadringentesimo nono
per prefatum Jacobum Siekliczki factam ca=
savernnt, mortificaverunt et in nihilum can=
dem converterunt. Sibique Jacobo Philipowski
tanquam vero Horedi et possessori de eisdem
bonis Siekluka et Sowinow cedunt et con=
descendunt. Nos vero presentem recognitio=
nem satisfactionis et solutionis de nostro
Regio mandato subsecutam susceptam ra=
tam et gratam habentes ipsam in toto ap=
probamus confirmamus et ratificamus, dec=
tanquam ipse Virgines prefato coram No=
bis personaliter comparen eandem fecipet
et ipsam solutionem ipsis factam recogno=
visent, robur perpetuum firmitatis illam
habere decernen. Harum testimonio literarum
Et Datum Cracovie Sabbato ante festum
Sanctarum undecim virginum millia prosi=
mo Anno quo supra

Relatio Magnifici Pauli
de Wolia Legni S. Vicenij.

Consensus

Consensus Venerabili Wargawski Cano=
nico Wladislavien ut profit annuam
Pensionem in proventibus Plebanatu=
sui Sanicien assignare.

Sigismundus etc

Significamus etc Quia nos annuen supplica=
tionibus Venerabilis Mathie Wargawski Ca=
nonici Wladislavien et Plebani Sanicien
Secretarij nostri, consensimus ei et harum se=
rie literarum de certa nostra scientia et gratia
speciali consentimus ut idem Mathias War=
gawski in Proventibus Plebanatus sui San=
icien Juris patronatus nostri certam Pensio=
nem annuam, videlicet Marcarum pecunia=
rum monete et numeri in regno nostro usi=
tat quadraginta octo groszis quamlibet mar=
cam computando, cuicunq Persone Eccleia=
stice justa contractum, quemcunq idemipse
Mathias Wargawski occasione hujusmo=
di pensionis constituende factures est, con=
stituere demonstrare et assignare profit et va=
leat ad quod ei plenam et omnimodam au=
ctoritatem et facultatem facimus et concedi=
mus presentibus per easdem personas seu
personam pensionem hujusmodi ad vitam
illius cui constituta fuerit tollen, percepien,

fure

Iurepatronatus nostro salvo et illeso semper
manen. Datum testimonio Et Datum Cracovie feria secunda festi undecim millium Virginum. Anno Domini MDXXVIII. Regni vero nostri Anno XXIII.

Relatio Magri Pauli de Sibotio Regni Polonie Vicecomij

Privilegia Monasterij Czerwenen.

In Nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam decet Majestatem Regiam liberalem et benefiam ope erga Ministros Dei et maxime erga illos quorum fidem et virtutem animique propensionem perspectam habet et cateris erroteat virtutem atque fidem subditorem in pretio haberi. Hinc est quod nos Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc tenore presentium quibus expedit universis. Quia cum hisce Diebus Reverendus et Religiosus Joannes Sevitius nuper Cantor Ecclesie Majoris Cracovien et noster Serenissime Domine Bone Consortis nostre amantissime Secretarius meritoque frater professus ordinis Sancti Augustini

ni

ni Monasterij Przerwensen a suis Confratribus
Canonicis Regularibus sub disciplina Jesu Chri=
sti Domini nostri militantibus in abbatem e=
jusdem Conventus Przerwensen Divina benigni=
tate rite et Canonice electus apud nos esset
constitutus. Supplicavit nobis ut se et monaste=
rium suum bonaq illius in nostram Regiam
protectionem recipere et Privilegium infrascri=
ptum, Illustris olim Domini Ducis Mazovie
Semovili ejus vero sigillo subappenso muni=
tum super villam Krommowo in terra Serha=
crowien sibi concessum ob nimiam ejus vetu=
statem, sigillique aliqua ex parte labefacta=
tionem innovare approbare et confirmare et
ratificare, dig ac in certis punctis et clausu=
lis declarare et interpretari dignaremur. Cu=
jus tenor ad verbum ut sequitur, est talis. In
nomine Domini amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Nos Semovitus Dei gratia Se=
nior Dux Mazovie Lupsiaq Princeps. Ne
non terrarum Slonzen, Lawen, Sothaczo=
vien, Gostinen, Slonen, Lawskrzen ac Do=
minus et Hares Wiznen etc Significamus
tenore presentium quibus expedit universis
et singulis presen et futuris. Quod animad
vertentes ac juge et continua meditatione

perpenden

perpendentes, qualiter bona temporalia que hic a-
mamus, cito marcescunt et penitus corrumpun-
tur. Illaq; incontaminata Patria et incorruptibilis he-
reditas, quas pope tenus nostrum quærimus et la-
ctamur per charitatis opera, que in bonorum tem
poraliu largitione consistunt adipiscitur, decet
igitur tanquam veste nuptiali pijs et dignis cha-
ritatis operibus ad præfatam Patriam et hæredi-
tatem properantibus se adornari, ne vorem hor-
ribilem Domini nostri Jesu Christi cu Die Di-
stricti Judicij audire mereamur, sine eadem esi-
stentes veste: Amice ad quid venisti non ha-
bens vestem nuptialem. Proinde de Bonis a
Domino Deo nobis temporaliter elargitis, ac
nostra liberalitate et magnificentia speciali-
bus ob reverentiam Omnipotent Dei ejusq; in-
temperata et gloriosissima Genitricis Virginis
Marie que omnium est pia mater et benignis-
sima consolatrix strenua Advocata ac per-
sanctissima tutrix ac in trepida gubernatrix. Vil-
lam vulgari nomine dictam Cremnovo in Di-
stricto Sochaczovien sitam et locatam ad Mo-
nasterium in Czerwinsko et Divæ recordationis
Predecessorum nostrorum Donatione spectantem
et pertinen ac omnes et singulos prefato vil-
le Cmetonas, et utriusq; sexus molas et habi-
tatores

tatores ab omnibus nostris Successoriúq; nostrorum exactionibus contributionibus Sancti martini censibus ac aliis quibuscunq; stationibus novis ac antiquis solutionibus et Castrorum sive pontium, aggerum novorum, constructionibus et antiquorum reformationibus et laboribus ac obventionibus sive profectibus commodis et utilitatibus jam per nos Sive Successores nostros, aut etiam industriam humanam in posterum excogitatis, universaliter ab universis et singularibus et liberamus per presentes, ut prefati Emetho nes sive incole utriusq; sexus ville predicte ad omnia premissa sive aliquod premissorum minime teneantur sed penitus sint liberi et soluti eo tamen excepto, ut dum Divina Dispositione nuptias nostras sive filiorum nostrorum vel filiarum nostrarum celebraverimus, aut quod absit nos, vel quempiam ex filijs nostris captivitatem incurrere vel aliquam terram obligatam redimere, vel denuo unam aut plures emere contigerit, quod tunc fideles prefati ville predicte nobis et Successoribus nostris similem seu equalem personam de quolibet manso culto et possesso exactionem, qualem et quantam duxerimus statuendam super alios villas equali jure theuto= nico locatas pro illa vice=

tuendam. Dumq nos sive Successores nostri pro
Defuendis solatijs sive refugijs nostris in loco
venationum nostrarum videlicet Piastki steteri=
mus seu steterunt, et tunc ante nostri sive Suc=
cessorum nostrorum in prædictum locum ve=
nationum nostrarum Piastki adventum una
Septimana et non plus, et quamdiu in eadem
venatione steterimus seu steterint, labora=
re ligna, fenum, averiam, ducere nobis et
nostris Successoribus teneburtur, et sunt astri=
cti. In cujus recompensam, præfatis Incolis et
villanis utriusq sexus damus, donamus, et ube=
raliter elargimur. Quod in bonis sive meri=
cis Campis et nemoribus nris passuis et li=
gnis pro igne fiendo et sepibus faciendis ru=
betis sive quolibet nobis Successoribus et Capi=
taneis, Procuratoribus, ac Custodibus nemorum
alia gajoronibom pecuniali, sive alicujus al=
terius conventionis, alias gaij, solutione, et da=
tione citra nri temporibus perpetuis licite pos=
sunt et valeant, sine cujuslibet hominis im=
pedimento. Datione quorum videlicet exempti=
onis liberationis et donationis, Abbas pro tem=
pore existens cum suis confratribus in præfa=
to Crenvenan monasterio degen, singulis an=
nis perpetuis temporibus anniversarium diem

Facere

facere et tenere, videlicet quolibet quatuor tem=
porum, vigilias novem lectionum, et missas
pro predecessorum nostrorum et successorum,
nostrorumq remedium peccatorum et salutem
animarum cantare et legere teneburtur, et sint
obligati in eorum. In cujus rei testimonium si=
gillum nostre majestatis est presentibus ap=
pensum. Actum et Datum in Ploczka feria se=
cunda post festum Sancte Catherine virginis
gloriose. Anno Domini Millesimo quadrin=
gentesimo vigesimo quinto Presentibus his
Magnificis Strenuis et Nobilibus viris videli=
et Stanislao Crad Palatino, Capino Castel=
lano, Petro de Campa Succamerario, Dobe=
slao de Kremmino Judice, nec non Venerabi=
libus Stanislao Pawlowski de Gnathowicze
Sedis Apostolice Capellano, Archidiacono et Ca=
nonico, Michaele Preposito Sancti Michae=
lis, Camporio de Flowo Canonico Ploczen et
alijs quamplurimis fidedignis. Nos igitur si=
gismundus prefatus in memoriam revocan=
tes nobis obsequia et merita dicti Venera=
bilis Comitis Levitij Abbatis, quibus se no=
bis et Serenissime Domine Regine Conjugi no=
stre amantissime prefate per multos annos
fideliter et utiliter servivit, ac apud Divum Ca=

volum

rolum Imperatorem nostrum et dicte Serenissi-
me Domine Conjugis nostre Suntium bene et
dextere agens plurimum reddidit commendatum
hacue gravatim in electionem ejus in abbatem
alijs Literis nostris desuper confectis consensimus
et Domino Loci ordinario confirmandum pre-
sentavimus, eumq et Monasterium suum ac
bona illius in nostram Regiam protectionem
suscepimus. Privilegium vero suprascriptum
veluti justum et legitimum, ac ab omni pro-
sus suspitione alienum, ex certa nostra scien-
tia et benignitate ac de consilio Consiliario
rum nostrorum nobiscum ad presens esi-
stentium in omnibus et singulis ejusdem Pri-
vilegijs Sententijs articulis punctis et clau-
sulis ac de verbo ad verbum confirmam ap-
probam innovam et ratifficam ac in certis ejus
locis interpretam et declarandum prout in-
fra patebit duximus approbamusq ratifficа-
mus et confirmamus ac declaramus presen-
tibus. Decernen illud et omnia ac singula
in eo contenta robur debite et perpetua fir
mitatis obtinere in eorum tenore presen me-
diante. Et nihilominus quia dubitari pote-
rit a non nullis, utrum ejusmodi Privilegium
inprascriptum quod specifice servit et competit

villanis

villanis et Incolis villa prædicta monastica
Bromowo ex causa in eo descripta et præser-
tim quo ad pascua et ligna, an etiam compe-
tat Domino ejusdem villa hoc est Abbati et suo
Conventui. Nos vero hujusmodi Particulam de-
cti Privilegij declarare extendere et ampliare de-
cimus et presenti Privilegio nostro decernimus,
quod non licet nec honeste convenit deterio-
ris vel inferioris conditionis esse villa Dominæ
quam suum villanum et Subditum. Et quia
tempore concessionis Privilegij Ducalis supra-
scripti non constat in dicta villa Jusque Cómo-
nowo curiam neq; Prædium, quæ omnia con-
stante hujusmodi Privilegio adquisita erant per-
Abbates pro tempore existentes. Hoc dictam Par-
ticulam in favorem et commodum ipsius Ab-
batis et sui Conventus volumus fore interpre-
tandum et interpretamur præsentium medi-
ante tenore. Volumusq; et decernimus perpetuo,
quod ipse Abbas modernus et sui Successores to-
tusq; Conventus, ratione hujusmodi prædij sui
et Curiæ in villa Commowo facto utatur fru-
atur et gaudeat, tam in pascuis quam ligniis pro
igne et sepibus in Curia prædicta omnibus

et singulis libertatibus et commodis, quibus
virtute inscripti Privilegij utuntur fruuntur
et gaudeant sui subditi et villani dicte villa
Cormowo cessan omni impedimento difficulta=
te et contradictione Tenutariorum bonorum
nostrorum Capinos et Wysthowo seu eorum fa=
ctorum, salvis per omnia his oneribus et ser=
vitijs in Privilegio suprascripto contentis,
et per villanos dicte ville Cormowo nobis et
Successoribus nostris duntaxat debitis et obli=
gatis, dum quando et quoties opus erit, et ipsi
Tenute et villani dicte ville Cormowo per nos
et Successores nostros requisiti fuerint. Ita pe=
nitus prout in ejusmodi Privilegio suprascri=
pto plenius continetur, presentium auctori=
tate mediante perpetue et in eurum. In cujus
rei testimonium etc. Actum et Datum Cra=
vie feria secunda festi Sanctarum Undecem
Millia Virginum. Anno Domini Millesimo
quingentesimo trigesimo octavo Regni vero
nostri Anno XXXII Presen quibus supra
Relatio Magci Pauli de
Wolia L.P. Viecamellarij

24 Confirmatio Limitum seu granitie=
rum

rum inter bona Legalia Cargolec ex
una et hereditariam Nobilium Sie=
skowice villam ex altera Partibus

In nomine Domini amen
Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus
Dei gratia Sit Significamus tenore presenti=
um cett Quia exhibita sunt coram nobis pro
parte Nobilis Pudinulla de Bechurzie relicte
olim Nobilis Petri Sokolowski Haredis ville
Siesthowice Litera infrascripta certorum Com=
missariorum in eadem Literis expressorum ad
faciendos infrascriptos limites per Predecesso=
res nostros olim designatorum, titulis et vigil=
lis eorum apparuit communitas bonorum
nostrorum Legiorum Cargolicz in terra San=
ciicien Sit ex una et hereditariorum Nobili=
um olim Adae et Abrae aliorumq consortum
Siesthowice ex altera partibus Limitas in se
continen. Supplicaturq est nobis predicta
Pudinulla nomine eosdem Literas gratia=
les auctoritate nostra Legia confirmare ap=
probare et ratificare dignaremur. Quarum Li=
terarum tenor a verbo ad verbum ut sequi=
tur est talis. Nos Albertus de Dobrzelino Ca=
stellanus Rzrzerinen et Capitaneus Cracovien
Joannes

Ioannes de Schanicwo Castellanus Conarien.
et Burgrabius Castri Sanicien. Ioannes de Ze-
zmitki Succamerarius Sanicien. Petrus de Ba-
cheriize Iudex terre Siradien. Notum facimus
universis presentium notitiam habituris. Quo-
modo de mandato et Commissione speciali
Serenissimi Principis et Domini Domini
Casimiri Dei gratia Regis Polonie Magni
Ducis Lithuanie Russie Prussie Domini et
Heredis etc ad limitationem granitierum in-
ter bona Legalia Cargolicz ex una et here-
ditaria Sobiciem Ade et Abrae consortum
aliorum villam Siestoiowize partibus ab
altera descendentes vocatis ad nostri pre-
sentiam testibus infrascriptis Iuratis et Dili-
genter examinatis, videlicet fris providis Ia-
cobo Iacobo Brzyss Proconsule septuaginta
et ultra annorum, Nicolao Barthotth, Mi-
chaele Bielina in Dicta Cargoleez natis si-
militer sexaginta, Mathia Ludarka septu-
aginta et ultra habentibus, Iacobo Skorozza
octuaginta Consulibus, et Stanislao Wloka
sexaginta vel ultra annos oppidanis in Zajs
Redacto cuilibet juramento corporali ad
memoriam interrogan. per nos, quid consta-
ret

ret eis de sepulis et limitibus inter bona
profata Legalia et Nobilium expressorum
recognoverunt, et quilibet eorum seorsim reco=
gnovit, quod nihil eis constabat nec constat
de sepulis inter bona profata Legalia Sar=
golicei et Nobilium Piaskowiecze. Sed ex an=
tiquo, prout quilibet eorum recordatur et a
suis avis et proavis audivit, homines Legis
Majestatis non ultra nisi per fluvium Bru=
ra vocatum tenuerunt, et Nobiles simili=
ter per fluvium, ita quod idem fluvius eos per
medium semper dividebat, et pro vero limi=
te per utrasq; partes tenebatur et habebatur.
Affuerunt etiam huic examini Honorabilis
Vir Dominus Andreas Sucarius Posaginta
et martinus rector Altaris in dicta Zgiers
quinquaginta annorum et illic natus simi=
liter interrogati, sub eorum conscientijs ita
ut supradicti testes deposuerunt, et recogno=
verunt, quod dictarum hæreditatum limes
verus erat et est fluvius Brzeza supradictus.
In quorum omnium testimonium ac fidem
premissorum presen literas scribi et sigil=
lorum nostrorum jussimus et fecimus ap=

pensione

pensione communiri. Acta sunt in Campo
hæreditatis Siestkowiese. Feria tertia post Fe=
stum Sancti Egidij proxima Anno Domini
Millesimo quadringentesimo octogesimo o=
ctavo. Præsentibus ibidem Generosis et Ho=
bilibus Alberto Plandzanowski de Sarzni=
crewo Vladisao Leneuien. Joanne Lewski,
Stanislao Sokolowski, Petro Brzuzinski Ma=
thia Sobieski, Andrea Zelgeuski et quam plu=
rimis fidedignis testibus ad premissa vo=
catis et recognoscentibus ut supra. Nos itaq'
considerantes eas ipsas literas limitum præ=
fatarum esse non suspectas omniq' vitio et
nota ut apparebat carentes. Supplicatio=
nibus insuper præfatæ sue nomine Vidi=
melne ajue nos oblatis gratiose acclinati,
eas in omnibus eorum conditionibus et ar=
ticulis prout posite sunt, de certa scien=
tia et gratia speciali nostris Leajs confir=
